



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniæ, 1527

VD16 C 4208

Post consecratione[m], corpus Christi etiam recte[m] panem uocari: sicut
& ipse Christus seipsum hoc no[m]i[n]e s[cilicet] panis, in euang[elio]
seipsum insigniuit. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO

Ioan. 10.
Ioan. 15.
1. Cor. 10

uit Christum dixisse de seipso per tropū: ego sum ostium ouium: & ego sum uitis uera. & Paulum quoq; de Christo dixisse tropice, petra autem erat Christus: nō recte colligit & prædicta Christi uerba de suo corpore & sanguine, iuxta tropicam locutionem esse sumenda. cum omnino altere sit elocutio. is genus in his uerbis: & in illis. Neque consequens est, si aliqua Christi uerba per tropū sunt dicta: protinus reliqua sunt omnia eiusdem uerba, etiam eo modo accipi debere.

¶ Post consecrationem, corpus Christi etiā recte Panem vocari: sicut & ipse Christus se ipsum hoc nomine scilicet panis, in euangelio sæpius insigniuit. Cap. V.

Act. 2.
Mat. 3.
Ioā. 20

¶ **S**exta aduersarij obiectio. Id frequēs est in scripturis: q̄ figuræ rerū, uocabulis rerū: quas significant: denotentur. Vt p̄ linguas igneas, q̄ super discipulos apparuerūt, uel per columbam q̄ dñm manifestauit uere unctum, uel per anhelitum Christi: spiritum sanctum intelligimus. & ea: spiritum sanctum nuncupamus: quæ tamen constat nō ipsum spiritum sanctum fuisse, sed ipsius tantum indicia. cum nō sit spiritus sancti natura: corporalis, conuertibilis aut mutabilis. Quid mirum igitur si modo consimili panis ipse materialis, qui a sacerdote ut sit dominici corporis figura, consecratur: etiam corpus domini dicatur in illis uerbis **CHRISTI**, hoc est corpus meum? In cuius rei efficacius argumentum: in ipso canone missæ etiam post peractam consecrationem, panis nominatur: cum orantes dicunt sacerdotes. Offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis; hostiā puram, hostiam

EVCHARISTIAE. I. 93

sanctam, hostiã immaculatã, panẽ sanctũ uitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Vnde sumitur sufficiens probatio, panẽ materialẽ manere substantiam post cõsecrationem: & illũ nihil aliud esse quã figurã dominici corporis. Hæc ait Oecolampadius. ¶ Respõsio. Fatemur ingenue, aliquando rẽ quã significat, nomẽ eius rei quã significat accipere (ut statua hominis, plerunq; uocatur hõ: & effigies depicta leonis, leo) inducti ad hoc sentiendum etiam auctoritate beati Augustini: id ipsum asserentis. Sed abnegamus oĩno, id locũ habere in cõsecratione sacerdotali: & uerbis domini illi accommodatis astruimusq; hoc Augustini dictũ plane uerũ & rectũ: pperam hic applicari rei propositæ. Vitiõsũ reuera genus est argumẽtationis, quo illud tanq; notũ supponitur: quod expetit approbationem, & negatur ab oppositæ partis agonistis. In quod utique uitiũ: hic incidit Oecolampadius. Supponit em̃ in hac sua ratione tanquam indubitatum: quod panis materialis q cõsecratur, pfecta cõsecratione sit tantum figura corporis Christi. & hoc iacto fundamento, causam nititur assignare: quare panis ille in uerbis consecratorijs uocatur corpus, & nomine corporis appellatur. cum tamen illud, panẽ scilicet consecratum esse figuram corporis Christi: sit summa totius controuersia quæ in hoc opere contra aduersarium agitur, & multifariam ostensum sit in præcedente libro: id ipsum esse falsum & erroneum. ¶ Cum uero in præsentis obiectione subnectit, post consecrationem adhuc nomen panis assumi in sacro missæ canone: uerum id quidem est, sed non in ea significatione accipitur ibi nomen panis, quam prætendit aduersarijs: scilicet pro pane materiali & triticeo, qualis fuit ante cõ-

Augusti.

Quid significat nomen panis in canone missæ, post cõsecrationẽ.

M S

DE SACRAMENTO.

secrationē. quinimmo in significato lōge alio ibi-
dem sumitur: s̄ pro pane spiritali, supercœlesti &
uiuifico, quod est sacrum & uerę Christi corpus
secundū substantiam. Quod attentius cōsideranti
protinus sit p̄spicuum per adiectas inibi dictiones
soli pani spiritali conuenientes: utputa panē san-
ctum uitę aternę. Quis enim unquam panē terre-
stem qui trañcitur in corpus: uocauerit apte panē
sanctū uitę aternę? Luditur itaq; & hic Oecolā-
padius æquo co: existimant nomē panis in eo sacri
canonis loco sumi pro pane materiali, manu pisto-
ris formato. cū tm̄ lōge aliud illud delignet. Vide-
tur itidē ipse acie mentis adeo pani corporali & tri-
ticeo habere affixam: ut ultra illum attollere non
ualens animū, ubicunq; nomen panis in scriptu-
ra offendit: putet pro pane materiali hoc nomen sē
per sumi. sicut & ad tribulos asinus semper sua
somnia uertit: ut protritum est adagium. cum ta-
men multis alijs modis: prædictū nomē in scriptu-
ra diuina sumatur. ut eo in loco. Cibabis nos pa-
ne lachrymarum: & potum dabis nobis in lachry-
mis, in mensura. Et ibi. Cibabit eum dominus: pa-
ne uitę & intellectus. Et rursus hoc in loco. Bea-
tus qui manducabit panem in regno dei, & fre-
quenter alijs in locis sacre pagine. ¶ Sed dicat ip-
se. cum Christus apud Ioannem de seipso dicit. e-
go sum panis uitę. Ego sum panis uiuus: qui de
cœlo descendi, & consimiles sententias, an existi-
mat ibi panem sumi pro materiali pane, arte pisto-
ria parato? Quod si dixerit: ridiculus omnino &
impius cēsebitur, asserēs Christū esse huiusmodi
panē corporalem. Sit uero (ut debet) illud negaue-
rit, & dixerit panē ibidem pro mystico & spiritua-
li pane sumi: q̄ ita enutrit & reficit mētē, sicut pa-

Psal. 79.

Ecc̄i. 15.

Luca. 14.

Ioan. 6.

EVCHARISTIAE.

I.

94

nis pistorius educat corpus, immo q̄ uiuificat ani-
mā & donat immortalitate: quod panis triticeus
corpori nequaquā praeſtare pōt, conſequenter fate-
atur oportet: nomē panis alio plerūq; mō q̄ pro
pane terreſtri & corporali ſumi. quemadmodū &
in roto illo ſermone luculento de ſublīmi eucharī-
ſtīae myſterio, q̄ in ſexto euangelij Ioannis capite
diffuſe deſcribitur: idipſum nomē ſemp̄ accipitur
Vnde quemadmodū in illo Chriſti uerbo ibidem
poſito, panis quē ego dabo caro mea eſt pro mun-
di uita, & q̄ manducat hunc panē: uiuet in aeternū
panis pro uero Chriſti corpore ſecundū ſubſtan-
tiam cōtento ſub panis forma, accipitur ita & in
prædicto canonis loco, & quoties poſt cōſecratio-
nē in miſſa, oblatio panis nominatur: ſumi intelli-
gitur. quod admodū frequens eſt in collectis eccle-
ſiaſticis: in miſſae officio poſt cōmunionē dici ſolū
tis. ¶ Neq; ab re id contingit, q̄ ſacrū Chriſti cor-
pus ſub ſenſibilibus panis ſpeciebus uere ſubſiſtēs
nominetur panis. Primo quidem, quoniam in ſcri-
pturis, quod ex aliquo factum eſt: plerūq; uoca-
tur nomine illius ex quo factum eſt, quamuis id
iam deſeriteſſe. Quemadmodum Adam primus
homo uocauit Eua uxorem ſuam, os: quoniam
de offis ſui facta fuerat ſubſtantia. Sic & ſerpens
formatus diuina uirtute ex uirga Aaron, dictus
eſt uirga in Exodo (quamuis ita non eſſet ſecun-
dum rei ſubſtantiam) cum ait ſcriptura. Sed deuo-
rauit uirga Aaron: uirgas eorum, ſ. magorū. ſigni-
ficare legentibus uolens: q̄ ſerpens factus de uir-
ga Aarō, deuorauit ſerpentes ex uirgis magorum
præſtigioſa hallucinatōe cōfectos. Rurſū in euā-
gelio legimus. Cum guſtaſſet architelinus aquam
uinū factum. Attamen idipſum quod guſtauit: iā

Ioan. 6.

Gene. 2.

Exod. 7.

Ioan. 2.

DE SACRAMENTO

aqua nō erat (desierat enim iā aquæ substantia) sed
 uinū erat ex aqua factū : & noīe rei unde ortū ha-
 buit, adhuc partim expressum. Ita sanē qm̄ ex pa-
 ne p̄ cōsecrationē fit corpus Christi: ipsum nō ab-
 surde interdum panis noīatur, ratiōe præcedentis
 materiæ. ¶ Secundo, q̄a cōsuetudinariū est oībus,
 appellare rē aliq̄: noīe illius rei sub cuius forma
 apparet: quod & ab usu scripture nō est alienum:
 Gene. 18. Abrahā q̄ppe dicitur uidisse tres uiros: & Tobia-
 Tobia. 12. as uocauit Raphaelē uirg. & discipulis intuētibz
 Actus. 1. Christum ascendente in cœlum: dicuntur illis asti-
 tisse duo uiri in ueste alba. cum tamen illi non es-
 sent uiri: sed angeli in uiroz specīe apparentes. Ni-
 mirḡ igitur & sacrum Christi corpus in eucharis-
 tia quoniā in specīe panis nobis apparet, n̄is que-
 6 obijcitur oculis, etiā panis interdū noīatur: ¶ Ter-
 tio, quoniā a sanctis prophetis deducta est forma
 huiusmodi appellationis: qua corpus Christi, no-
 mine panis designatur. Dicit enim Hie remias: in
 Hiere. 11. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus
 eum de terra uiuentium: & nomen eius non me-
 moretur amplius. Vbi secundum glossam interli-
 nearem: p̄ lignum, crucem, & per panem Christi
 corpus accipit propheta. ut hic habeatur sensus.
 Hiernony: Mittamus lignum in panem eius: id est crucem in
 corpus ipsius. Quæ q̄dem expositio, ex beato Hie-
 ronimo uideretur desumpta: ita in suis super Hiere-
 miam cōmentarijs eundem prophetæ locum ex-
 plicante. Mittamus lignum in panem eius: crucē
 Ioan. 6. uidelicet in corpus saluatoris. Ipse est enim: q̄ ait.
 Ego sum panis: q̄ de cœlo descendi. Hæc ille. Sic
 & noīe uini, in dictis propheti cīs intelligitur pre-
 ciosus Christi sanguis: q̄ eum nobis sub forma ui-

ni erat relicturus. Vt in illo oraculo prophetico patriarchæ Jacob de Christo. Lauabit in uino stolam suam: & in sanguine uiræ pallium suum. Quo dicto designatur sanctissimum Christi corpus (quæ stola est & pallium siue uestimentum latentis in eodiuinitatis) sanguine suo perfundendum fuisse, atque rubricandum: quod in acerbissima eius passione est completum: Vnde & glossa interlinearis eo in loco: uino, inquit, id est sanguine passionis, quæ pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Stola uero ibidem interpretatur: carnem uel ecclesiam. Nihil igitur absurditatis est: si corpus Christi in eucharistia, panis appelletur, & sanguis eius, uinum. cum id loquendi schema: a prophetis esse deductum, iam constat. Veruntamen ne quis corpus Christi, panem dici audiens: aut ipsum Christum, panem nuncupari, cõfestim torqueat mentem ad panem materiale terrestriusque substantiæ: sed ad mysticum & metaphoricè dictum panem, spiritualem. scilicet & celestem: ut plurimum ad iunguntur illi locutioni dictiones aliæ, aperte designantes non ibi panem sumi uulgariter pro pane triticeo & sensibili: sed mystice pro uitali pane & supercælesti. Vt sacer missæ canon in loco ante citato, uocat sacratissimum Christi corpus: panem sanctum uitæ æternæ. Et dominus noster seipsum panem nominans, dicit Ego sum panis uitæ. Et rursus. Ego sum panis uiuus: qui de cælo descendi. Et hæ dictiones adiectæ, piam mentem & ueritatis agnoscende auidam præseruant lapsum errorem: eandemque dirigunt in syncerã ueritatis cognitionem, rectamque intelligentiam. Neque id solum frequens est apud sacras literas & sanctos patres earum interpretes, crebrumque ecclesiæ totius usum; quæ corpus Christi uocetur

Gene. 49.

Ioan. 6.

DE SACRAMENTO.

panis, propter rōnes supradictas, uerū & illud eadē uerso locū habet sæpenumero apud sacrā scripturam, & cōem fidelibus loquendi morem: quod sensibile illud signum ipsius panis, facta consecratione & deperdita panis substantia manens, sub quo uere occultatur corporalis Christi substantia: uocetur corpus Christi. Vt in illa oratione ecclesiæ, dicit a sacerdote solida: cum imponitur tertia particula sacræ hostiæ tripartitæ, ipsi calici, sanctum Christi sanguinem sub specie uini, continent. Hæc commixtio corporis & sanguinis tui domine Iesu Christe, sit mihi & omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & ad uitam capeffendā æternam, preparatio salutaris. Nō em̄ ibi corpus dñi, re ipsa eius sanguini cōmiscetur: cum naturaliter sanguis ipse facer in sancto eiusdē corpore & receptaculis eius atq; uenis cōtineatur. Sed species panis (q̄ ibi corpus Christi dicuntur) commiscetur tunc in calice, speciebus uini: q̄ dicuntur illic eius sanguis, quoniam ipsum continent atq; signant. Neq; etiam hoc ipsum quod nunc proponimus: citra rationem cōtingit. Nam signa ipsa (ut in principio huius dissolutionis atq; responsionis: etiam est dictum) appellare consueuimus earum rerum nominibus: quas signat. quemadmodum ait Augustinus in libro de octo quæstionibus Dulcitiij: quæstione sexta. Solent (inquit) imagines, earum rerum nominibus appellari: quarū imagines sunt. sicut omnia quæ pinguntur atq; finguntur ex aliqua materia metalli aut ligni: uel cuiuscunque rei aptæ ad opera huiusmodi. q̄ etiā uidetur in somnijs & omnes fere imagines, earū rerum quarum imagines sunt: appellare solēt nominibus. Quod q̄dem dictū suum, ibibē continuo progressu diffusius pro

**Cōmixtio
corporis
& sanguinis
Christi in cali-
ce: quō est
intelligētia**

Augustinus,

sequitur idem sacratus author: comprobās ipsum
 quotidiana loquēdi cōsuetudine, apud hoēs prori-
 ta in picturā denominatione & somnio enarra-
 tione, ac duplici scripturæ sacræ exemplo: illud ap-
 tissime cōfirmās. Idē quoq; in epistola ad Bonifa-
 cium inquit. Si sacramenta quandā similitudinē re-
 ear, quarū sacramenta sunt, non haberent omnino
 sacramenta non essent. Ex hac autem similitudi-
 ne: plerunque iam ipsarum rerum nomina accipi-
 unt. Si ergo secundum quendam modum, sacra-
 mentum corporis Christi, corpus Christi est: &
 sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi
 est: ita sacramentum fidei, fides est. Hæc ille. Si igitur
 pictura leonis repræsentans tantum leonem &
 non uere illum in se continens: uulgato loquendi
 more dicitur leo, & statua hominis effigiata ad
 eius similitudinem, dicitur homo, quamuis ueram
 hominis substantiam in se non contineat: quid
 mirum, si species panis sensibilis post consecratio-
 nem peractam, non solum repræsentans sed etiā
 uere continens Christi corpus: dicatur corpus eius
 & species uini continens ueraciter Christi sangui-
 nem in calice: cōsimili ratiōe dicatur eius sanguis?
 ¶ Quō eandē escam quam manducauerūt
 patres antiqui sub Moyse: & nos manduca-
 mus, eundemq; cū ipsis potū spirituale &
 nos bibimus.

Idem

Cap. VI.

Septima aduersarij obiectio. Cogit Paulus
 ut fateamur & asseramus eundem spiri-
 tualem cibum fuisse patribus: qui & no-
 bis est, & petram illis fuisse Christum.
 Vnde Augustinus de utilitate agendæ
 pœnitentiæ, ait. Breuiter ego dixerim, quic un-
 que in manna CHRISTVM intellexerunt; eun-

||
 ”
 ”
 i. cortn. 10
 ”
 Augusti.